



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Daniel Stylita. 11. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

776 VITÆ SANCTORUM. II. Dec.  
bus responderet, prodigiosa nives tex-  
runt. Et erubuerunt, puto, hæc, cum  
candidius aliquid se, virginitate in vide-  
runt. Ex Prud.

Nihile est in omnium virtutum dignitatem  
præstantius, quam pietas misericordia, &  
puritas castitatis. His nos præsidii specia-  
liter instruamus, ut tamquam duabus aliis  
elevati de terrenis mereamur esse cælestes.  
S. Leo serm. 4. de Pass.

S. DANIEL STYLITA.  
II. Decembris.

Cælo vicinus incola DANIEL est,  
qui annos xxix. columnam habita-  
vit, indeque tempestates, & cum his  
mortalia omnia generoso supercilium de-  
spexit, orci ingens terror, Superis gra-  
tissimum spectaculum. Nempe terris adeoque se altior, clientes sibi obno-  
xios reges habuit. Ita Leonem filio bea-  
vit, & mortis periculo exemptum Im-  
peratorem sibi vitam debere fecit. At  
Zenoni regni jacturam longè antea yati-  
cinatus est. Contra Basilicum verò Ec-  
clesiæ hostem ut pugnaret, e columnâ  
descendit, & impendentes Numinis iras  
fævienti objecit non vanus augur. Iam  
& in dæmonas malos regnum tenuit, e-  
que corporibus humanis, cum libuit pro-  
scriptis, fuitque cum mulier, quæ Divi  
in

II. DEE. VITÆ SANCTORUM. 777  
innocentiam infami rumore asperserat,  
à vindice genio obfessa; non potuit ob-  
sidione nisi ab ipsa Daniele liberari. Cæ-  
terum cum cælo uti propinquum, ita fre-  
quens illi fuit commercium, sub ultimos  
præsertim tres vitæ dies, quibus Cælitæ  
plurimi ad ægrum viserunt. Horum no-  
mina prodidit hominis item incola &  
dæmon, uti & horam, quâ moriturus  
Daniel, & ipse fugandus erat. Obiit ve-  
rio annocccc. lxxxix. In corpore, quod  
diu tergemina crux illustravit, tumulan-  
do reges laborarunt. Animus fecit, quod  
in vitâ jam fecerat; cælum habitavit. Ex  
Metaphr.

Nemo sibi virvat, sed ei, qui pro se mortuus  
est. Cui enim justius vivam, quam ei, qui si  
non moriretur, ego non visserem? cui commo-  
dius, quam promittenti vitam aeternam? cui  
magis ex necessitate, quam flamas perpe-  
tua minitanti? S. Bern. ep. 143.

B. JUVENIS ÆGYPTIUS ANONY-  
MUS. II. Decembris.

UT exciderit antiquitati nomen ado-  
lescentis hujus, aliud certè sibi &  
immortale apud posteros peperit. Et  
videtur etiam hic minus facturus fu-  
isse, si minus peccasset. Et enim Amirani  
Saracenorum regis favorem ut accupare-  
tur, Christum cum Mahomete muta-  
CCC 5   vit,